Magnifico, Nobiliſſimo & Excellentiſſimo viro,

DN. LUDOVICO von Hörnigk/

Conſiliario & Com. Pal. Cæſareo, nec non Phil. & Med. Doctori Reique publ. Francof. Phyſico Ordinario.

A *Cornu* nomen trahis; inſuperabile *Cornu* es
Arcis Apollineæ: nomen & omen habes.
Omen id in ſcriptis: *Politeian* tradere ſudas;
Cornu, qvo vigeat nobilis ars Medica.
Perge ita veræ artis leges dare, perge ferire
Falſam: multa manens ſecula nomen erit.

Sic D. Affini gratulari voluit

JOHANNES SCHRÔDERUS D. Jlluſtriſſimæ aulæ Haſs. Darmbſtatinæ Medicus.

TE totum patriæq; bono, HÔRNICÆE, *tuoq;*
debere officio cum ratione putas,
dum praxi ægroto ſatagis conferre ſalutem
conſilia & ſcriptis undiqve ſana dare.
Tota reqviſitis ſparſim Medicina relictis
hîc ſolidâ in cyclo clauditur arte ſuo.
Hîc format MEDICUM *& qvæ ſit gens iſta reſolvit*
Simia Galeni gens malè docta modos,
Debent paſſivis activa ſcientia & ordo,
pharmacon atqve manus eſſe relata ſimul;
qvorum unum abſq; alio rationis in ordine nunqvam
ſolum eat, aut uno ſtet Medicina pede.
Hîc ſit ad examen MEDICASTER, *ut improbus avi*
curſus ad ignarum frangat utrumq; femur.

M. CONR. Steltz.

Regi-